

B R E V E P O N T I F I C I O

D I U S P P . X I I
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

DILECTUS Filius Noster Augustinus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Parrado y García, Granatensis Archiepiscopus, quem Nos in sollempni Consistorio diei XVIII mensis Februarii vertensis anni in summam Romanae Purpureae dignitatem eveximus, Nobis reverenter exponendum curavit totius Hispaniae tam Clerum quam omnes Chistifideles ardenti colere veneratione **Beatum Ioannem de Avila**, atque in Provinciali Concilio, quod Granatae in civitate anno MCMXXXIV habuum est, Espicos dictae Provinciae ecclesiasticae nec non omnes ad Concilium idem convocatos permagno impulsos desiderio sacerdotalem sanctitatem doctrinamque impensius promovere, summo consensu **Beatum Ioannem de Avila**, totius Hispaniae Apostolum et Magistrum, constituisse eximium pro omnibus clericis exemplar, ut eius cultum soveant doctrinamque addiscant utque eiusdem vestigiis insistant; in votis praeterea habere ut **Beatus Ioannes de Avila** quam primum ad supremos Altaris honores evehatur simulque Caellestis apud Deum Patronus declaretur Cleri saecularis Hispaniae.—Ad haec laudatus Purpuratus Princeps addidit, temporis decursu, fere omnes Hispaniae Praesules expetisse ut exhibita huiusmodi vota suis quoque totiusque Hispaniae augerentur suffragii; idemque propterea, ut **Beati Ioannis de Avila** doctrina impensius promoteatur exoptans Patrum ac Provincialium qui Concilio adfuerunt ceterorumque praecellentium Praesulum ferventissimis obsecundans desideriis, in spem quoque adductus ut Sacerdotes quam maxime eius cultum soveant, doctri-